Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ad dominum. Nongentos enim habebat falcatos currus 7 p. xx. annos uehementer oppresserat eos. Erat autem delbora pheris uxor. laphidoth que iudicabat plm in illo tpe. et sedebat sub palma que nomine illius uocabatur. inter rama 7 bethel in monte effraim. Ascendebantq; ad eam filii israel in omne iudicium. Que misit et uocauit barach filium abynoen de cedes neptalim. Dixitq; ad eum. Precepit tibi dominus deus israel. Vade et duc exercitum in montem thabor. Tolles q; tecum. x. milia pugnatorum de filiis neptalim. 7 de filiis zabulon. Ego autem adducam ad te in locum torrentis cyson sysaram principem exercitus iabin. 7 currus eius atq; omnem multitudinem 7 tradam eos in manu tua. Dixitq; ad eam barach. Si uenis mecum ibo. si nolueris non pgam. Que dixit ad eum. Ibo quidem tecum. sed in hac uice tibi victoria non reputabitur. quia in manu mulieris tradetur sisara. Surrexit itaq; delbora. 7 pergit cum barach in cedes. Cui accessit zabulon et neptalim ascendit cum decem milibus pugnatorum. hos delboram in comitatu suo. Aber autem cyneus recesserat quondam a ceteris cyneis fribus suis filius obab cognati moysi. 7 tetenderant tabernacula usq; ad convallem que uocabatur synim 7 erant iuxta cedes. Nunciatumq; est sysare q. ascendisset barach filius abynoem in montem thabor. 7 congregauit nongentos falcatos currus omnemq; exercitum de aroseth gentium ad torrentem cyson. Dixitq; delbora ad barach. Surge. hec est enim dies in qua tradidit dominus sysaram in manus tuas. Cui ipse est ductor tuus. Descendit itaq; barach de monte thabor. et decem milia pugnatorum cum eo. Perturbauitq; dominus sysaram. 7 omnes currus eius uniuersamq; multitudinem in ore gladii a conspectu barach in tantum ut sysara de curru suo desiliens fugeret pedibus. 7 barach persequeretur fugientes currus. 7 exercitum usq; ad aroseth gentium. 7 omnis hostium multitudo usq; ad interitionem cederet. Sysara autem fugiens pueniit ad tentorium iahel uxoris aber cynei. Erat enim pax inter iabin regem asor. 7 domum aber cynei. Egressa igitur iahel in occursum sysare dixit ad eum. Intra ad me domine mi intra ad me ne timeas. Qui ingressus tabernaculum eius. 7 optuit eam pallio. dixitq; ad eam. Da mihi obsecro paululum aque quia ualde sitio. Que aperuit utrem lactis et dedit ei bibere. et opuit illum. Dixitq; sisara ad eam. Sta ante ostium tabernaculi. 7 cum uenerit aliquis interrogans te et dicens. Numquid hic est aliquis. respondebis. Nullus est. Tulit itaq; iahel uxor aber clauum tabernaculi assumens pariter 7 malleum et ingressa abscondit et cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum percussumq; malleo defixit in cerebrum usq; ad terram. Qui soporem morti socians defecit et mortuus est. Ecce barach sequens sysaram ueniebat. Egressaq; iahel in occursum eius dixit ei. Veni et ostendam tibi uirum quem queris. Qui cum intrasset. ad eam sysaram uidit iacentem mortuum 7 clauum

accessit